paulus loquitur confidenter. Omnes enim
unus panis sumus; In hunc igitur mundum in
greditur potestas prima. & regnũ in hie
rusalem. ut credentes in ea potestate faciat
& regnũ. Quod autem in quibusdam libris
legitur. & ingreditur principatus primus
regnũ filiae sion de babylone qui nec in hebreo
nec apud alios habetur interpretes. & ui
detur mihi quidam de captiuitate sensisse
babyloniã quod populus inde egrediens
uenerit hierusalem; sequitur; & nunc quare
maerore contraheris. sicut in lxx. scribtũ est.
& nunc quare cognouisti mala ad quã uentu
rus est. inquit dñs & potestas prima & regnũ
quare nunc maerore contraheris. Aut qua
re cognouisti mala. statimq. respondetur &
dicit. quia rex non est tibi & consiliarius tuus
perit. quia cõpraehendit te dolor sicut par
turientẽ. aut certe cum haec omnia habeas
uitio tuo nec regis nec consiliarii mereris
auxilium. Quod autem ait quare cognouis
ti mala. illo sensu accipiendum quod omnis
qui meretur & patitur mala. Dicitur nos
se mala & ignorare bona. iuxta illud quod
in primo quoque regnorũ libro scribtũ est.
filii heli filii pestilentiae non cognouerunt
dñm; & alibi. qui custodit mandatũ nesciet
uerbum malum; & ad peccatores recedite
inquit dñs á me qui operamini iniquitatẽ
nescio uos. & contrario de dño qui cũ non cog
nouisset peccatum pro nobis cum peccatum

fecit subauditur dš pater; rex ait & magni con
silii angelus saluator intellegitur; qui perit
populo non credenti quẽ conpraehenderunt
dolores sicut parturientẽ putans enim israhel
optime se imperiũ repente uastatur ẽ. & quo
modo pariens dolorem effugere non potest.
sic ille imminentẽ captiuitatẽ & exercitu urbi
circumdatũ uitare & differre non potuit; lega
mus scribturas & numquã inueniemus scãs mu
lieres cum doloribus peperisse. Excepta rahel
quae quia in uia erat in hyppodromo idẽ. in
equorũ curru qui in aegypto uenundantur
filium peperit doloris quẽ postea uocauit
pater filium dexterae; eua eiecta de paradiso
& audiens in doloribus pariens peperisse scribitur
in dolore; Uxor sine eis contracta nec se erigens
sicut illa quã in euangelio diabolus alligauit
peperit postumum. captae arcae dĩ populique
cognomen; Sarra autem quia scã erat & de
fecerant ei muliebria nato isaac dicit risum
mihi fecit dñs quicũq. enim audierit congratu
labitur mihi. Dolores inferi sunt & dolores
mortis qui circumdederunt quidem & uallaue
runt etiam saluatorem sed nequaquã eum
optinere potuerunt sicut ipse loquitur in psal
mo. XVII. Circumdederunt me dolores mortis
& torrentes iniquitates conturbauerunt me.
& dolores inferi uallauerunt me quidam putant
turrem squalentem siue tenebrosam & filiam
hierusalem de caelesti hierusalem intellegi
quae sit mater scõrum. De qua & apostolus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0294